



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

V. De ætate & qualitate ordinandorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

& numerum tenendi prudentes, ac de familiarium qualitate inprimis curiosi, ne ex alienis vitis turpem sibi contrahant infamiam notam, vulgoque obloquendi, calumniandi que iustas præbeant occasiones. Et cum maxime providendum sit, ut non solum coram Deo cui primam placere debemus, sed etiam coram hominibus opera nostra probentur, ut cæteris exemplo ad imitandum possimus esse, ordinamus ut quilibet Cardinalis se domus ac familiaris suæ optimum rectorem, præfectumque ostendat esse, tam circa ea quæ extrinseca omnibus apparent, quàm quæ intus latent abscondita. Habeat itaque eorum quisque Sacerdotes, & Levitas, honestis vestimentis indutos, attenteque provideat, ne quis in familia sua quoquo modo beneficiatus & in factis ordinibus constitutus, vestes portet versicolores, nec eo habitu utatur qui ordini Ecclesiastico parum conveniat. Quare in presbyteratus ordine constituti, vestes colorum quæ clericis à jure non prohibeantur, deferre debeant, usque ad talos saltem demissas & habentes dignitates in cathedralibus, & canonici etiam in collegiatis habentes, & Cardinalium capellani Missas celebrantes, capitium deferre in publico teneantur.

Scutiferis verò paulò supra talos concedantur, parafrenarii, quia in assiduo sunt motu, ministerioque funguntur laboriosiore, brevioribus, ac magis expeditis vestibus uti possint, etiam si fuerint clerici, dummodo in Presbyteratus ordine non sint constituti. Ita tamen, ut ab honestate non discedant, sed ita vivant, ut mores Ecclesiasticis suis ordinibus non discrepent. Reliqui verò clerici temperatè ac modestè omnia faciant, & tam ipsi clericis beneficiati, quàm in sacris ordinibus constituti, commam, neque barbam, non nutriant, neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentisque ex velluto aut serico factis, habeant, sed ejusmodi rebus ex panno tantum, aut corio simpliciter utantur.

Paulus IV.

*Lites & causa Cardinalium evocantur, & Pontifici decisioni referantur.*

CAP. VI.

**L**ites & causas inter quoscunque sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales super quibusvis rebus & bonis, tam Ecclesiasticis quàm secularibus, vel quorumvis ordinum regularibus, coram quibusvis iudicibus, in quavis instantia, ac etiam in negotio executorio, vel restitutionis in integrum, quomodolibet vententes & pendentes, ad nos in eisdem statu & terminis, in quibus reperiuntur, advocamus, cognitionemque & decisionem illarum nobis reservamus, decisionemque & terminationem per nos super illis faciendam, appellacionem quacunque etiam alias de jure admittibili rejecta & postposita, standum, acquiescendum, & patienter omnino parendum & obediendum fore statuimus & ordinamus, ac similiter in titulis & causis, quæ de cætero inter eosdem Cardinales exoriri contigerit, observari volumus. Romæ 1555. 9. Ianuarii.

Leo Decimus, In Concilio Lateran.

*Pompa funebri Cardinalium, quo sumptu perfolvi debeat.*

CAP. VII.

**E**xpense funebres Cardinalium computatis omnibus, centum & quinquaginta florenorum summam excedere non debent, nisi exequutorum providentia iustis allegatis causis ac rationibus, plus exponendum esse duxerit. Exequiæ & castrum doloris, prima & nona die fiant, infra octavam verò Missæ de more celebrentur.

<sup>a</sup> Episcoporum domus (ait divus Hieronymus) omnium commune debet esse hospitium. Locus unum, aut duos, aut paucos recipiens, impletus hospitalitatis officium. Episcopus, nisi omnes receperit, inhumane est. Vide Can. 40. Apost. c. prohibetur. 23. dist. & Carthag. Synod. 4. c. cleric. de vita & honestate clericorum.

TITVLVS V.  
DE ÆTATE ET QUALITATE  
ordinandorum.

CAP. I.

**C**um non deceat divino mysterio asserere ordinis dedecore a mendicare, aut secularem quicumque exercere, sacro Tridentino Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps ordinis secularis, quamvis alias moribus, scientiis, & ceteris idoneus, ad sacros ordines promoveretur, nisi prout legitime constaret eam beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vicium honestè sufficeret, pacificè possideret, vel alias ordinari non posset, nisi iuxta decretum Concilio de super editi formam & cetera. Quam rem nulla in huiusmodi decreto religiosorum Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli, quos collectè accipimus, ceterorum ordinum religiosorum, Clericorum, vel Clerici, intra claustra monasteriorum, vel aliorum more regularium in communi viventes, nunquam, seu non nisi ad certum tempus profectum emittunt, & ex claustro exire, & dimittit secularem libere & licite possunt, religionis præsertim obsequio adire libere & licite possunt, & iuxta dicti decreti titulo sufficienter beneficii, nec iuxta dicti decreti rem ad sacros ordines se promoveri præcedant, & nullis Episcopis passim promoveantur, ac quæ inde, nunquam illud inconueniens eveniat, ut sic quædam ex claustro exeuntes, & per seculum vagantes, vel mendicantes, vel fordidum quatum exercere, non sine nota dedecore, ac ordinis vilipendio, & quàm plurimum Christi fidelium scandalo cogantur. Nos igitur, in huiusmodi Dei ministerium honorem, & decorem, quædam in nobis est) sinceris exoptamus, ut quicumque proprio & ex certa nostra scientia, de quibus plene certitudine, hac perpetuo valitura sanctione decretum, & titulum de Clericis secularibus loquens ad nos, & singulos etiam cuiuscunque ordinis Clericos religionis seculares, more religiosorum viventes, in communi non professos, harum serie extendimus, & ampliamus, ac religiosi, & aliis prædictis non profecti, ut ad sacros ordines promoveri, nec non omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, gratiam, & communionem sedis apostolicæ impendebimus, ut ordines ipsos huiusmodi religiosi persequantur, nisi observata forma dicti decreti, non contrate sanctæ obedientiæ, & sub indignatione nostre penam interdiciamus, & prohibemus, ac cetera facientes peccatum à præstatione talium nullatenus ipso jure suspendimus. Romæ Idibus Octobris.

TITVLVS VI.

DE FILIIS PRESBYTERORVM

Clemens VII.

*Filii Presbyterorum beneficii, quibus eorum patres presbyteri, & quæque dispensationi gratia intercedunt, non infirmantur.*

CAP. I.

**A**d canonum conditionem non est debuit pertinere, cum statuta à se, vel prædecessoribus ad animarum Christi fidelium salutem, propter eorum abulum, qui successu temporum hominum succrescente, magis indies dignoscantur, quàm prodesse animaverit, ne ulterius obedi-

<sup>a</sup> Cap. Diaconi sunt, circa med. 91. dist. Concil. Trid. 24. c. cap. 2. s. 9. 7. 6. planum.

